

Fol. 109'. De situ Hamaticensi et antiqua dignitate eiusdem loci. IX.

Fol. 110. De transitu beati Amati, qui est Idus Sept., et sepultura eius in Meurivilla. X.

Fol. 110'. Cur beatus Maurontus possessionem matris sibi relictam detruncaverit et beatum Amatam inde heredem fecerit. XI.

De obitu sancte Gertrudis et promotione beate Eusebie virginis. XII.

Fol. 111'. De obitu beate Rictrudis et sepultura. XIII.

Fol. 112. De testamento, quod fecit ecclesie Marcianensi. XIII.

Fol. 112'. De transitu beate Eusebie virginis. XV.

Fol. 114. De edificatione ecclesie sancte Marie in loco Hamaticensi et translatione sancte Eusebie prima. XVI.

Fol. 114'. De secunda translatione secunda (sic!). XVII.

Fol. 115. De transitu beati Mauronti abbatis et sepultura. XVIII.

Fol. 115'. Iuxta sepulchrum eius¹ extitit puteus, quem suis manibus fodisse traditur et usque hodie puteus sancti Mauronti vocatur. Antiquis temporibus, ut scriptum invenimus², aqua huius putei infirmis illis, qui morbo scroellarum deturpabantur, salubris fuisse perhibetur. Nam ex eadem aqua bibebant et ulcera lavabant et ex ulceribus vermes cadebant. Tempore etiam abbatis Amandi³ quidam monachus nomine Folquinus, qui illo tempore scriptor erat satis bonus, infirmitate unius pedis valde affligebatur. Qui fide plenus aqua huius putei pedem infirmum abluit et statim convaluit. Et ne aliquis hæc legens putet hoc esse falsum, ego qui scribo, vidi monachum predictum et domnum Widonem huius loci subpriorem hoc ipsum testantem. Igitur post predictorum sanctorum in Christo dormitionem Ionati videlicet atque Mauronti et beate matrone Rictrudis prima prefuit abbatisa in cenobio Marcianensi filia eius Clothsendis. Cui successerunt alie, quarum nomina preter unius nescimus, per CCC et XXII annos monasterii regimen optinentes, ab anno V^o Hildeberti regis usque ad XXVIII Roberti, filii Hugonis Capet⁴.

Nomina quorundam sanctorum, qui fuerunt beate Rictrudis tempore in regno Francorum. XIX.

Dignum duximus indicare posteris nomina quorundam sanctorum, qui beate Rictrudis tempore regnum Francorum illustrarunt sua sanctitate.

1) Des Maurontus.

2) Vgl. Mirac. S. Rictr. § 25 a. a. O. p. 95.

3) 1116 — c. 1133.

4) Vgl. Ann. March. 1024. Bei Andreas von Marchiennes (SS. XXVI, p. 207) wird die Zahl bestimmt: 'Anno XXVIII Roberti regis' etc.